

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Cōfessionale dñi Antonini archiepiscopi Florentini

Antonin <Florenz, Erzbischof, Heiliger>

Argentine, Mccccxc.

Incipit liber tercius presentis tractatus de restitutionibus

[urn:nbn:de:bsz:31-310062](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-310062)

De restitutōe Liber tercius

vt in pontificali. Petr^o d̄ cha
rantasia dicit q̄ in impositōe
manuum imp̄mat̄ caracter.
Primū tū verius ē r̄ omniū
fm Tho. s. in porrectōe cali
cis p̄parati. Itē inungit̄ ma
nus sacerdotis cū ordiat̄ ab
ep̄o dicente. Cōsecrare r̄ sc̄i
ficare r̄c. Itē aptat̄ sibi stolā
sup humeros dicens. Accipi
te iugum dñi r̄c. Item vestit̄
eū cū casula. i. planeta dicens.
Stola innocētie r̄c. Nota
ergo q̄ si primū fuerit omis
sum. i. porrectio calicis p̄pari
totū debz iterari q̄si nihil sit
factū. Si vero istd̄ fuerit ob
seruatū r̄ aliqd̄ de p̄dictis ali
is fuerit omisus: nllō modo
debet iterari ordinatio. s̄z qd̄
omisus est debz suppleri ab
ep̄iscopo in alia ordinatōe. r̄
interim non celebret.

Forma sacram̄ti m̄rimoniū

Q̄n est determinata.

n Est autē forma illa
exp̄ssio consensus p̄
p̄ba vnus in alterz d̄iuguz.
vt accipio te i vrozē. vl̄ acci
pio te in viz. vl̄ cū interrogat̄.
si vult talē in vrozē vl̄ viruz
r̄ r̄ndz q̄ sic. vl̄ si loq̄ nō p̄t p̄
sc̄pturā vl̄ alia signa exp̄mē
tia p̄sensum.

Finit terciā pars libri se

cundi. et p̄sequēstot^o tracta
tus sine summula de p̄fessōr
re: cū interrogatōnibz f̄c̄dis
Reuerēdissimi fratris Antho
nini Florentie archiepi.

Incipit liber

tercius p̄sentis tractat^o de re
stitutōibus. Et p̄mo de resti
tutōibus in genere i q̄ ponū
tur viginti manus rap̄eritū.
quaz̄ qlibet habet q̄nc̄s digi
tos se u modos. r̄ sic sūt centū
modi in quibz sit restitutio l̄
erogatio. vt patet in sc̄da p̄e
sūme. ti. ij.

Ep̄ prima

d manu feneratoria
p̄t̄ intelligi illud
quod habet Apoc. xvij. Ci
di mulierē sedentē sup bestia
coccinea. i. dyabolū habentē
in manu eius poculū aureū.
Nec mulier est cupiditas. q̄
in manu. id ē in ope vsure ha
bet diuitias quas sitit. s̄z nō
extinguitur eius sitis. sed so
lum delectatur in videndo.
Nec autē habet quinqz mo
dos sicut manus habz quin
qz digitos. Et primus est

in pignoribus. qñ scz qñ pro
 mutuo alteri facto recipit pi
 gnus ab eo rei mobilis vt ve
 stimentū: seu lucrū equi: seu
 hmōi. aut immobilis: vt pos
 sessionē ex qua capit fructus
 siue lucrus non cōputans in
 sortem. quod vsura est. nisi ī
 casu cum genera focero quo
 usqz habeat ab eo dotes su
 stinēs onera matrimonij ac
 cipit possessionē ab eo in pi
 gnus. extra de vsur. c. salu
 briter. Et de hoc diffuse i. ij.
 parte sūme. ti. i. c. vi. **Se**
cū dū digit⁹ seu mod⁹ est in
 depositōibus. cū. s. qñ depo
 nit pecuniā apd mercatorē l
 cāpsorem vt vtraq; saluo ta
 mē capitali suo. z cū intētiōe
 pncipaliter aliquid picipē/
 di vltra sortem nulla tñ facta
 pactōe sup hoc: etiā vsura ē.
 xiiij. q. iij. si feneraueris. z de
 B in. ij. pre sū. ti. i. **Tercius**
mod⁹ in emprōibz z venditō
 nibz. cū. s. vēdit mercēs vltra
 iustū pciū: rōe dilatiōis tps
 in soluendo pciū. et hoc nisi
 rem illā intendebat seruare ī
 futurū qñ tantū qntū vēdit
 vl plus sperabat valituraz.
Similiter qñ emit rē minus
 iusto pciō. eo q; anticipat rē/
 pus solutōis pciū anteqz reci

piat mercem. vtputa tpe ver
 ris triticū recolligendū. Et
 hoc nisi dubium esset vtruz
 pl⁹ minus ve sit res illa vali
 cura. de hoc extra de vsuris.
 c. in ciuitate. et. c. nauiganti.
Et de hoc diffuse i. ij. pte sū
 me. ti. i. c. viij. **Quartus** in
 campsonibus z fictis asse
 curatōibus. vt in cambijs q
 dicuntur p venetias. z cābūf
 que sunt in romana curia p
 bullis. que sunt veremutua
 cum vsura. z cū ipemet sit fa
 rtdator simulat⁹ et ver⁹ mu
 tuator est. ar. xiiij. q. iij. c. ple
 riqz. Et de hoc in. ij. pte sū
 me. ti. i. c. vij. **Quit⁹** ī mu
 tuis cū expōis lucrī pactōni
 bus siue ī pecunia siue ī opi
 bus siue in alijs que pciō pos
 sunt estimari. ar. xiiij. q. iij. c.
 putant. et de hoc in. ij. pte sū
 me. ti. i. c. vij. **Danus** rap
 toria est que manifeste rapit
 aliena. De manu violenta. i.
 raptoria eripit pauperē. s. de
 us. Thobie. xv. Et habz qñ
 qz digitos seu modos **Pr**
imus consistit in vsurpat⁹ do
 minijs ciuitatum: castroruz.
 et villarū. ex quibz omne em
 limentū quod inde picipit ra
 pina est. **Secū**dus ē in ta
 lijs iustis. qñ. s. dñs ciuitat⁹

De restitutōe Liber tercius

ipponit collectas vltra debi-
tū consuetudis vltra statuti. fuit
tia indebita oparioꝝ erigit
z nō soluit eis de labore. vltra si
ciuitas ē libera qū nō p rata
imponūt ciuibꝝ. sꝫ nimis ali-
q̄s ḡuant. Tercius est in
pedagijs et gabellis illicitis.
qū. s. imponūt dñi terraz vel
ciues noua pedagia sine licē-
tia p̄ncipis. vltra etiā si antiq̄ra
vel noua cū licētia nō suant
vias suas cū tamē possent.

Quartus in latrocinijs ter-
restribꝝ vltra maritimis vltra pira-
tis. q̄ discurrūt p mare p̄dan-
do. ex naufragio etiā in mare
p̄iecta sibi accipe ad rapinas
p̄inet. Uel etiā de rep̄salijs
illicitis. de quibꝝ in t̄cia pre-
ti. iij. c. iij. et. iij. Quintus i
p̄sonis capiēdis z v̄dendis
que libere sunt seu christiāe.
nam et si pagani vltra saraceni
capti in bello iusto efficiāt s̄-
ui capiētiū. vnde z v̄di pos-
sunt vt serui: z emi. n̄ tñ chri-
stiani. debēt ergo ista restitui
si possunt. vt dicit Aug. viij.
q. vi. c. si res. De his habes i
secūda pre sūme. ti. i. Da-
nus furatoria est cū quis ac-
cipit occulte aliena nesciente
dño. Apoc. Qui furabat iaz
non furef sed magis opef ma-

nibus suis. Fur videt opari
manibꝝ alienis inq̄ntū accipit
lucrū de manibꝝ alienis. Et
hec manus habet q̄ncz digi-
tos. Prim⁹ est in inuētoꝝ
detentōe. qū. s. q̄s res alteri⁹
inuentas q̄ non habent p̄ de
relicto sibi retinz. xij. q. iij.
c. si q̄d. z de hoc habes in. ij.
pre sūme. ti. i. c. xv. Secundus
est in illicita p̄scriptōe. qū. s.
quis p̄scribit aliena mala fi-
de. sciens. s. illa esse aliena. n̄
aliq̄ iusto titulo habuisse. c.
possessor. de reg. iur. in. vi. d̄
h̄ habes in. ij. pre sū. ti. i. c. xv

Tercius est in rei pigno-
rate: modate vltra deposite vltra
su. s. qū dñs rei nō p̄sentit. et
tenet de vtilitate inde habi-
ta. z si amitteret ex culpa sua
tenet reddere. Ray. de hoc in
secūda pre sūme. ti. i. Quar-
tus in occulta rerū vltra p̄parati-
one. siue hoc fiat a filijs de
rebus parentū. siue ab vxor-
e de rebus viri ip̄o nesciente.
siue a seruis de rebus domi-
norū suozū. a dispensatoꝝ
de rebus patronozū suozū.
siue a discipulis de rebus ma-
gistroꝝ suozū. siue ab extra-
neis de rebus alioꝝ. et iaz
si hoc facerent dando inde ex-
lemosynas pauperibus. nisi

in extrema necessitate p̄stitu-
 tis. xiiij. q. iij. c. forte. de hoc
 in. ij. pte. c. i. p. totū Quin-
 tus i religiosa appropriatōe.
 qñ. s. religiosus aliqd recipit
 v̄l nesciente p̄lato suo: v̄l alre-
 ri dat p̄pinq̄: v̄l extraneo: v̄l
 cū occultat. et v̄l p̄pria retinz
 acq̄sita p̄ eum. vel data n̄ pa-
 ratus sup̄iori libere assigna-
 re. xij. q. i. c. non dicat. r̄ d̄ h̄
 habes in. iij. pte. **Quarus**
 bellatoria est vbi. s. rapiūtur
 furta et rapine et sacrilegia.
Quarus suā misit hosti. s. bel-
 lando ad om̄ia desiderabilia
Therē. i. i. Desiderabilia aut̄
 sunt blada: pecun̄te: edificia:
 vasa aurea templi: et alia or-
 nantia ip̄m templū. ad qd̄ mi-
 sit manū exercit⁹ **Abucho**
 donosoz bellans p̄tra hiero-
 solimā rapiendo: incēdendo:
 r̄ destruēdo. et hec man⁹ ha-
 bet q̄nq̄ digitos seu modos.
 videlicet. Primus est cum
 dñs vel cōmunitas aliq̄ assu-
 mit iniustū bellū. nam q̄ ad h̄
 concurrūt adinuādō: p̄sulen-
 do. coopando: de omnibz dā-
 nis illatis aduersarijs etiāz
 si nihil pueniret ad eos tenēt
 satisfacere. xiiij. q. v. c. non sa-
 ne. in fi. **Secūsus** est q̄ tene-
 tur de omnibz dānis r̄ expen-

sis quas patiunt subditi sui
 qui inuoluntarij sunt r̄ coacti.
 nam vltra expensas q̄s faci-
 unt r̄ aliqñ ab aduersarijs de-
 bellant: et capiūt ip̄i r̄ bona
 eorū. **Uari⁹** est enī belli euē-
 tus. vt. c. si culpa. extra d̄ in-
 iur. r̄ dā. da. **Terci⁹** est qz
 q̄ habz iustū bellū ea que ca-
 pit et destruit. vel h̄ facere p̄-
 mittit suis. sic cōiter faciunt
 satisfacere tenet. xiiij. q. i. ca.
 militare. bona aut̄ capta in-
 ste ab inimicis q̄ debēt cōdi-
 uidi occultādo r̄ retinēdo si-
 bi furat. xiiij. q. v. c. dicat
Quartus est cū iuste bellant
 rapit bona ecclīaz non in a-
 stellataz. aut bona clericorū
 p̄rie ptis. vel etiā viatores pe-
 grinos et alios innocentes.
 dist. lxxvi. c. singulis. **Qui-
 tus** est qñ habens iustū bel-
 lū ex sua inertia r̄ crassa negli-
 gentia nō defendit suos cuiz
 posset. et p̄cipue cū est condu-
 ctus mercede ad bellandum.
 r̄ similiter cum posset debel-
 lare inimicos. r̄ sic finem fa-
 cere guerre. vt plus lucret ex
 duratōe plū. vel qz corrupt⁹
 ab aduersarijs non fideliter
 gerit negociū tenet. extra d̄ i-
 iur. et dam. da. c. si culpa. r̄ d̄
 bis omnibz habes in. iij. pte

De restitutōe Liber tercius

ti. iij. c. de bello. Danus
dānificatoria. Dicit puerb.
xvi. Si man⁹ ad manū fue-
rit nō erit inocēs man⁹. vt qñ
vna man⁹ nō sufficit ad vnū
op⁹ alia iuuat. sic aliqñ si v-
nus n̄ sufficerz ad rapiēduz l'
furādū vl' dānificādū alii: et
tūc adhibet adiutorū alter.
z hec est man⁹ ad manū ad-
iūtra. et talis q̄uis nō sit pñ-
cipalis vel nil pueniat de ra-
pina vel dāno ad eū tū tenet.
Et qz nō est innocēs s; i cau-
sa. Et hec habz quiq; digi-
tos: qui cōtinētur i h̄ versu.
Iussio p̄siliū p̄sensus palpo
recursus. Prīm⁹ est cū quis
mandat fieri rapinā: furtuz:
vsurā vl' aliud dānuz. et ex h̄
sequit̄ effectus dāni. qđ als
non fuiss; factū. talis tenet in-
solidū etiā si nil puēit ad eū.
Sic et tutor curator et pecu-
rator et factor q̄ p pupillis l'
pro alijs faciūt p̄tract⁹ vsu-
rarios tenent. si illi p quibus
fecerūt nō satisfaciāt cuz sint
principaliores. Scđs qñ
p̄suluūt. ita qz ex illo sequitur
dānuū quod als nō fuiss; fa-
ctū. talis etiā tenet insolidū.
etiā si nil puēit ad eū. Si au-
tem fuisset factū etiā sine illo
consilio. z aliqd pl⁹ factū est:

ad illud plus tenet. Inno. et
Hosti. Tercius est p̄sen-
sus. i. cooperatiōis. nō mentis
tñ. puta qñ vnus vl' plures
faciūt aliquod furtū vl' dā-
nū sil. ita qz vn⁹ nō faceret si-
ne alio. tenet qlibet insolidū.
secus cū etiā sine illo factum
fuisse tamē cū alijs se reppit
ad dānificandū. tūc eni te-
netur solū de dāno illato per
eum q̄ etiā ē mediator sciēter
alicui⁹ Scđs fraudulenti vt
sensales tenent tales d̄ dā-
nis Quār⁹ est palpo. i. cū
qđ adulando seu laudando
aliquez de furto vel de dāno
scilic; qz sit strēnu⁹. z ex hoc
inducit eū ad faciendū malū
q̄ als nō feciss; z idē si detra-
hēdo eū ad h̄ iducit. Qui-
tus est recursus. i. cū qđ rece-
prat fures z dānificātes. et
ex h̄ sequit̄ dāna. vl' etiā rap-
tam rē cū querit: et ip̄e occul-
tat ppter qđ nō p̄t recupare.
Officialis etiā qui potest si-
ne sue p̄sone piclo obstare ne
fiat dānuū vl' rapina. vl' ma-
nifestare fures et ablata z nō
facit. tenet hoc. Tho. Alber-
tus Pe. Richar. in. iij. dist.
xv. Inno. Ray. et Guil. De
bis in. ij. pte sūme. ti. i. ca. xij.
Dan⁹ participatoria. scz

de re furata vel usuraria. et dicitur hoc potest intelligi illud Ione ij. Recedat unusquisque ab iniquitate que in manu sua est. Et hec habet quinque digitos

Primus est participatio de huiusmodi per donaciones. talis enim cui donatur cum scit debet reddere domino eius rem ablatam. donum autem datum ab usurario cum omnia bona sua sint obnoxia restitutorum: tenet etiam reddere vel sibi vel his potius quibus usurarius habet restituere. Secundus est per vicinatones. Familia enim raptoris vel usurarii vel uxoris vel filii qui non habet nisi de rapinis vel usuris tenent satis facere de presumptis. sed habent etiam alia bona commedendo vel vendendo rebus male ablatas in prima specie tenentur de eo quod presumit. Ray. Tercius est per dotacionem. filia enim que datur per eum qui non habet nisi de usuris. vel alias male ablatas. maritus qui hoc nouit non potest recipere dotes. et receptas tenet restituere creditores socii. et ipsa etiam filia mortuo marito tenet restituere dotes. Ray. De hoc in ij. parte summe. tit. i. c. xij. Quartus est participatio de re rap

ta vel furata per emprones. qui enim emit talia scienter vel ignorantia facti crassa tenetur restituere cum inuenit dominum rei vel pauperibus erogare si illum ignorat. Si etiam talia emit probabiliter est mansisse venditoris. postea sciens fuisse ablata tenet nihilominus domino reddere si cognoscit. vel pauperibus rem vel pecuniam erogare si non inuenit. Ray. et de hoc in ij. parte summe. tit. i. Quintus per legatum vel hereditationem. Intelligitur enim hereditas deducto ere alieno. Heres ergo vel legatarius eius cui bona sunt obnoxia restitutorum: vel extracti. ex quasi maleficio furti fraudis et usure et homicidii. vel quasi omnia tenetur restituere de tali hereditate legato. extra de usuris. c. Michael. Danus sacrilegus vicis usurpatio circa sacra et ecclesiastica. Job. xv. Tendit aduersus deum manum. scilicet sacrilegum. Nec est manus sacrilegi Richanoris quam extendit contra templum dei. comminatus ipsum funditus destrueret. sed ipso occiso suspensa est lingua a Iuda machabeo contra templum. et bene in ij.

De restitutōe Liber tercius

Dach. xv. et hec habz q̄nq̄ digitos. Prim⁹ ē cū auferūtur sacra vt calices ⁊ paramēta. cruce. reliq̄e. ⁊ alia h̄mōi Scōs ē q̄n auferūt aliq̄. et si non sacra tū de loco sacro. vt i ecclesia. et de vtroq̄. xvij. q. iij. c. quillōs. Terci⁹ est q̄n sit incendiū l' effractio in loco sacro .i. iniuriose. tenet etiā satisfacere. vel etiā inferunt alia dāna ecclesijs vel psonis ecclesiasticis. vt erigēdo gabellas et pedagia. extra de censu. c. q̄q̄. in. vi. aut impo nendo collectas. extra de iniur. ⁊ dā. da. c. aduersus. aut faciēdo rēp̄salias p̄ psonas ecclesiasticas. c. ⁊ si pignoratōnes. extra de iniur. Quartus est cū clerici male tractāt bona ecclesijs dilapidādo in debite. alienādo. in pompas ⁊ lasciuias expendēdo. p̄san guineos dīrādo. vij. q. ij. ca. nullus. et bona debita paupibus vl' clericis vl' reparōi ecclesie subtrahēdo debz restituere. Quintus cū subtrahunt legata facta ecclesijs. xij. q. ij. c. q̄ oblatiōes. vl' nō solunt decime vbi p̄sueuerunt solui. vl' cū n̄ est legitime i beneficicio p̄stitutus. s; p̄ intrusonem vl' p̄ symoniā. vl' habz

aliquod impedimētū irregularitatis. tenet enī fruct⁹ p̄ce p̄os restituere. de regu. iur. li. vi. De his i. ij. pte sūme. ti. i. Manus iniuste iudicatoria. Beatus q̄ excutit manus suas ab omni munere. Isaie xxxij. f. obsequij. pecunie et laudis. p̄ munera ei frequēnt puerit iudiciū. ⁊ hec manus habet quinq̄ digitos. Primus est q̄n index seu q̄cunq̄ officialis dat iniustā sententiam ex certa sciētia quāctūq̄ de causa. siue odio. siue amore. siue corruptōe pecunie. et talis tenet de omni dāno ⁊ i teresse parti lese. Ray. xi. q. iij. c. q̄tuor. Scōs est q̄n ex ignorantia crassa p̄fert iniustam sententiā. nō enī debet se ponere ad id ad qd nō erat idone⁹ cum piculo alterius. sec⁹ si decept⁹ p̄silio assessoris q̄ putabat idone⁹ ex malicia l' ex ignorantia crassa male p̄sulētis tūc tenebit assessor p̄ti de exp̄sis fm Ray. Terci⁹ est q̄n ex notabili negligentia p̄tulit iniustam sententiā. pura qz noluit laborare ad legendū in libris. qd potuisset inuenire. et videtur etiam teneri. vt. c. si culpa. extra de iniur. Quartus q̄n

accipit pecuniā p iudicādo l
non iudicādo aut bñ aut ma
le. Ray. etiā talē pecuniā sibi
retinere nō potest .sed paupī
bus dare vl reddere danti.

Quitus cū nō vult iudica
re ⁊ dare sententiā put pōt ⁊
debet .ne displiceat hñti in/
iusticiā .aut vt dānificet ius
habētē . ⁊ tal tenet si pars po/
stea amittat iustā causam . vl
si remittat penas vl diminu
at iniustocum nō posset tene
tur cōitati . si auerit penam
iuste tenet ei q̄ soluit. Tho.
et Ray. De his in .ij. pre sū .ci.
.i. c. xix. Danus in iudi
cio iniuste assistoria. De hoc
Ac iūges manū tuā vt p im
pio dicas falsuz testimoniū
Exo. xxij. et Isa. xxi. Erui
te oppssum de manu calūniā
tis. Et hec habz qnqz digi
tos fm q̄ qnqz genera hoim
ibi pcurrūt. s. aduocatus: iu/
risconsultus. actor ⁊ cura
tor: testis et reus. Prim⁹ q̄
est aduocatus q̄ si sciēter assu
mit ad defensandū iniustam
causam obrinēs victoriā cau
se. de omni dāno tenet aduer
sario si clientul⁹ nō satisfecit.
Tho. ij. ij. q. lxxi. Si pō nō
obtinēt tenet cliētulo de ex
pensis. qñ vicz dixit sibi cāz

esse iustam. cū al⁹ ille nō liti
gasset. Sed si assumit causā
iustam: ⁊ ex crassa ignorātia
vel notabili negligētia pdit:
videt teneri clientulo de dā/
no suo .c. si culpa. extra de i/
iur. et dam. Secund⁹ iu/
risconsultus si sciēter pstat ma
lum p̄siliū vl fraudulentuz.
vnde ius habēs pdit causaz.
siue sit ille cui p̄suli siue al
ter tenet de dānis inde se/
cutis . si vero fideliter p̄suli
vt scit non tenet . vt .c. nemo
ex consilio. d. regu. iur. li. vi.

Terci⁹ ē actor ⁊ pcurator
q̄ accusat aliquē falso crimie
vl petit indebitū sciēter tene
tur de omni dāno qd inde re
cipit etiā aduersarius d̄ expē
sū. Tho. ij. ij. q. lxxij. Quar
tus est reus si negat v̄tates
d̄ qua iuridice interrogatur
negando indebitū pecunie te
net actori. negando autē cri
men vnde sequit accusatori
mors vl mutilatio vl alia pe
na. vl fatigādo sciēter appel
latōibus vl dilatōnibz tenet
ad arbitriū boni viri Qui
tus testis si ex falso testimo
nio ei⁹ sciēter facto actor vel
re⁹ incurrit aliqd dānū iu/
ste tenet tal insolidū. extra d̄
iniur. ca. si culpa. ⁊ si accipit

De restitutōe Liber tercius

pecuniā p testimonio ferēdo etiā vere tenet illā paupibus erogare. xiiij. q. v. c. nō sane. Et de his oibz in ij. presū. ti. l. c. xix. Vanus fraudatoria. Job. xxxi. In manibus meis n̄ adhesit macula. s. fraudis. Et hec bz qnqz digitos seu modos. Prim⁹ ē in rerū qdditate. dū. s. vna substātia vedit p alia. vt vinū limphatū p puro. Aurz v̄ argētū archimiatū p puro: et huiusmodi. Scōs est in q̄ritate. vt cū dant diminutemē furel pōdera. puta vncie. xi. p libra. vel in vasis de vino: oleo. tritico: et hmoi. v̄ i canis de pāno laneo lineo et huiusmodi. Tertius est i q̄litate. vt cū vendit res defectuosas. ut vinū v̄ caro corrupta p bona. animal viciōsus et claudicans p sano nō diminuet de p̄cio: et m̄to grau⁹ esset vendendo rē nociuā et p̄culosam homī. Quart⁹ est in p̄cū ineq̄litate. vt cū vedit res plus iusto p̄cio q̄ valeat sciēter. vel cū multo minus p̄cio emit quia veditor nō cognoscit rē. v̄ qz ducit maria necessitate. Quintus est in gabelle debite v̄ pedagij sb tractōe. v̄ qz quia occulte in-

troduct rē ad ciuitatē v̄ asserit eē p alio. vel minoris q̄ntitatis vt min⁹ soluat. hi oēs tenent satisfacere. fm Tbo. scōa scōe. et Ray. De his oibus habet in scōa pte sū. ti. i. Van⁹ falsificatoria. Job v. Qui dissipat cogitatōnes malignorū ne possint manus eoz implere qd̄ ceperūt. manifestando. s. falsitates eozū. Et hec habet qnqz digitos vel modos. Prim⁹ est i pōderibus et mēsuris faciendo falsas monetas: v̄ eis v̄do falsis et diminutis in vendēdo et emēdo mēsuris excessiuis tenet etiā talis de dānis inde securtis illis talibz. Secund⁹ cū dūctus est i falsis monetis faciendo eas falsas v̄ incidēdo. aut falsatis et diminutis p legitimis sciēter v̄do. v̄ tra peccatū tenet de dānis legis. Tertius est in bulla apostolicis falsatis. v̄ p subreptionem obrētis. cū. s. exp̄ssus est falsus in supplicatōne obmissum illud exprimendo. et enarrato nō obtinisset. Beneficiū ei v̄ grā sic obrēta nō valet. vnde tenet satisfacere de emolimento p ipas obtento. Quartus est in iuramentis et scripturis falsifica-

tis. vt testamentis in quibus
 scribunt legata aliter q̄ dispo
 nat a testatore. vel scripture
 vbi apparēt debita et castan
 tur et h̄mōi. Quis eī fal
 sis parrubus. vt cū mlier p̄ci
 pit p̄ adulteriū: v̄l supponit
 sibi alienū partū q̄ tenetur d̄
 omnibus q̄ p̄sumit fili? puta
 tiuus de bonis mariti: et de
 his que vt filio legitimo sibi
 d̄ hereditate relinq̄rēt. c. si cl
 pa. extra de iniur. et d̄ his in
 ij. pre. ti. i. c. xvij. **Da**
nus pditoria. De q̄ christus
 Lu. xxij. Ecce man⁹ tradēt
 mecū est in mēsa. Nō enī sit
 pdicio nisi p̄ familiares. Et
 hec habz q̄nq; digitos. Pri
 mus est i castris popul et ter
 ris. q̄n. s. q̄s aufert a legitimo
 d̄no: et dat pditorie alteri q̄
 ibi ius nō habet. ralis tenet
 de omnibus d̄nīs inde secu
 tis. Secundus est in p̄so
 nis q̄n quis tradit d̄nū suū
 vel amicū in manus inimici
 occidendū vel redimendum
 vel impedienduz a negocijs
 suis tenet illis ad omne inter
 esse. Tercius in rebus q̄n
 pecunias vel alia b̄da sui do
 mini vel amici procurat de
 uerire ad manus inimicorū.
 aut cum associat se cum aliq̄

vt ducat ad locum vbi spo
 lietur. Quartus est q̄n se
 creta fuclat sui domini vt d̄a
 nificetur. vel aduocatus se
 creta cause quaz defendit ad
 uersario p̄dit vt se possit de
 fendere tenetur de damnis.
 extra de iniur. c. si culpa. Et
 de his in sc̄da parte summe.
 ti. i. c. xxij. Quintus sc̄z cū
 quis vritur insidijs: nō ser
 uando pacta promissa: etiaz
 si esset hostis: d̄modo et ipe
 ei seruat fidem et non als. vt
 xxij. q. i. c. noli. **Man⁹** sy
 moniaca. Et de hac. iij. Re
 gū. xij. Quicūq; volebat im
 plebat manū suaz. s. pecunia
 quā dabat: et fiebat sacerdos
 Et hec habz q̄nq; digitos.

Primus est accipere pecuni
 am v̄l alia sp̄alia p̄ sacramen
 tis aut beneficijs cōferēdis.
 vel collatis p̄ modum precij
 nō p̄ modum elemosyne. et ta
 lem pecuniā retinere nō p̄t
 sed pauperibus debz eroga
 re. v̄l ecclie in cui⁹ iuriā da
 ta est. Tho. ij. ij. q. c. **Se**
cundus accipere pecuniam
 appreciatine pro alijs rebus
 sacris. vt ecclesijs: altaribus
 consecratis: aqua baptisma
 li cōsecrata. oleo sancto. et re
 liquijs sanctorum: sepulturz

De restitutiōe Liber tercius

loci sacri iure patronat^o. in/
gressu religiōis et hmoi. talis
pecunia nō p̄t retineri. s̄z op/
tet paup̄ibz eā erogare. v̄l ec/
clesie. p̄ q̄ p̄missa est symonia.

Tercius est p̄ spūalibz eter/
citij. v̄t p̄ p̄dicādo: orādo: vi/
sitādo: eligēdo: p̄firmando: a
correptōe desistēdo: curā aīa
rum exercēdo: p̄secrādo et hu/
iusmodi alia. recipiēdo pecu/
niā exactiue v̄l p̄cional: vel
app̄ciatiue tenet paup̄ibz e/
rogare: v̄l ecclie in cui^o iniu/
riā data ē. s̄z p̄ modū elemosy
ne sibi retinere p̄t sic data.

Quartus est q̄n accipit b̄n/
ficiū simplex v̄l curatur aut
dignitatē symoniace. q̄z tene/
tur resignare. et fruct^o ide p̄ce/
ptos restituere etiā p̄sūptos.
deductis exp̄sis factis i v̄ri/
litatem b̄nificij illi^o etiāz pro
fructibz colligēdis Quis^o
est de mediatoribz ad p̄curā/
dum officiū v̄l b̄nificiū ecclie/
siasticū. vel aliq̄d spūale. hi
tenent pecuniā p̄pter hoc re/
ceptā paup̄ibz erogare. Hec
oīa Tho. ij. q. c. Raym. et
Inno. De his i. ij. p̄te sū. ti. i.
c. v. p̄ totū. Dan^o ipedito/
ria. Eccl. xij. De duplici cor/
de et manibz malefacientibus
id ē impediētibz bona alioz.

Et hec habet quāq̄ digitos
Primus est q̄n q̄s impedit
aliquē a p̄secutiōe alicui^o offi/
cij v̄l b̄nificij. et si iā illud erat
p̄secutus et possidebat et iniu/
ste p̄curavit auferri sibi tene/
tur satisfacere in totū. Si ve/
ro nondū erat consecut^o s̄z in
via habēdi tenet ad arbitriū
boni viri. Tho. et Rich. i. iij.
dist. xv. Secundus est q̄n im/
pedit fructus p̄uētuos ali/
cui^o agri vel vinee. v̄icq̄ effo/
diēdo semina. destruēdo vi/
neas. arbores et hmoi. q̄ tene/
bitur ad q̄ntū estimāt fruct^o
i illo dubio valituri. Tho. i.
iij. Tenendo etiā colūbari/
as. et nō sufficiēter pascēdo
colūbos. v̄nde damnū infert
seminibus vel fructibz tenet
de damnis. Pe. de pal. i. iij.

Tercius est de his q̄ faci/
unt statuta v̄l capitula. ne v/
surre solute possint repeti. v̄l
q̄ possint hoīes cogi ad sol/
uendū. et q̄ iudicāt fm ea. v̄l
etiā sine statutis dāt snāz
q̄ soluant vsure vel solute n̄
repetant. hi tenent ad restitu/
endum eas si vsurar ij nō re/
stituunt. Impediūt enī resti/
tutiōem. xi. q. iij. c. q̄ p̄sentit.

Quartus est de his q̄ dant
l̄ras emunitorias debitoribz

iuste ne possint cogi a credi-
toribus ad soluēdū eis cum
possint. hi tenent illis de ill-
dānis. Quibus ē de iuste
impediētibus ne q̄s possit exe-
qui negocia sua honesta occl-
tando instrumēta v̄l scriptu-
ras p̄ que manifestat ius suū.
vel impediēt ne q̄s accedat
ad iudicē ecclīasticū in cā q̄
potest vbi sibi faciet iusticiā
vel aliter iniuste et malicio-
se impediēs iter suū ad iudi-
ciū vel ad negocia sua v̄n re-
cipit damnū. et de his tenet.

Danus luforia. De q̄ p̄t
intelligi illō. Job. xxxi. Si
id ē non osculat̄ sum manū
meā in abscondito. Lufor enī
cū vincit attribuit manū idu-
strie. v̄n aliq̄n osculat̄ eam vt
causaz lucri. Et hec h̄z q̄nq̄
digitos. Primus cū deci-
pit in ludo. videlicet p̄ falsos
taxillos aut cartas: dicendo
mendaciū: et sic vincit. tenet̄
enī restituere de p̄cepto. Se-
cūdus est q̄n vincit alijs qui
alienare nō possunt. vt sūt ser-
ui. filij familias. p̄cipue pupil-
li: vxores: religiosi: et hmōi.
hec optz restituere illis q̄ h̄nt
curā illoz. Terci⁹ q̄n vin-
cit ei quē induxit ad ludēdū
multa importunitate cū non

vellet ludere. vel volentē a lu-
do recedere inuicē detinz te-
net restituere. Quart⁹ q̄n
vincit in locis vbi phibetur
ludus: et p̄ leges mādat fieri
restitutio. que nec p̄ dissuetu-
dinez sunt abrogate. et tūc eti-
am tenet restituere per denti-
fm Tho. ij. ij. q. xxiij. Rich. i.
iiij. Ray. Inno. et alios. Qui-
tus est q̄n vincit in locis vbi
nō phibetur ludus. v̄l si phibe-
tur leges sunt abrogate p̄
riā p̄suetudinē: et tūc d̄z pau-
pibus erogare. Utrū v̄o nō
de necessitate v̄l de honesta-
te vide in. ij. pte sum. ti. i. ca.
xxij. d. ludo. vbi plene **Da-
nus locatōis et p̄ductōis vici-
atoria.** De hac Deute. xxxij.
Videbit q̄ infirmata sit ma-
nus. i. deficiens opus in lo-
cando et p̄ducēdo. Et h̄c ha-
bet quinq̄ digitos. Prim⁹
q̄n q̄s locat alteri rē viciosa:
sciens. vt equū claudicantes
vel domū ruiturā. q̄ tenet de
damno inde secuto illi tali.
Secund⁹ est q̄ndo nimis
notabiliter erigit preciu: de
re locata: domo: agro: veste: et
hmōi. v̄l quādo aufert ab eo
rem locatā sine causa ratōna-
bilī ante temp⁹ conuentū. te-
netur enī ei de damno. Ray.

De restitutōe Liber tercius

Tercius qñ pducit q̄s aliū ad operandū nimis p̄o p̄o cō notabilis. vel debitā mercedē nimis tardat dare cum potest. vnde ille recipit damnum. vel loco pecunie debite: dat sibi res q̄s op̄t eū v̄dere minori p̄cio q̄s d̄z habere. Quartus si cōduct⁹ ad opam ex festinātia v̄l negligentia nō fideliter est opatus ⁊ bñ. vñ sequit̄ dānū sue rei.

Quit⁹ qñ male tractauit rem sibi locatā. vt domū vel agrū p̄mittēdo destruere. vt equos boues ⁊ hmōi nimis fatigando. ⁊ hmōi. tenet talis de hmōi damnif ad arbitriū boni viri. Ray. in sūma. Talsallus aut̄ qui bona q̄ habet in feudū a dño male tractat ex malicia vel negligētia: tenet de dānis. Et de his in. ij. parte sū. ti. i. c. xv. Dan⁹ turpiter lucratoria. s̄ q̄ Is. i. dñs ait. Danus v̄fe plene sunt sanguine. i. turpibus lucris. Et hec habz q̄ncz digitos. Prim⁹ est lucrū ex ope carnali. vt meretricio: le nocinio: ꝓcubiātu: adulterio et hmōi. Secūd⁹ est ex arte v̄l actu. ꝓhibito lucrari. vt ex arte mutuādi v̄l faciēdi tappillos: cartas: fucos: ro: uca:

menta. histrionatu turpi: seruendo vsurario i numerādo pecuniā ad vsurā: ⁊ scribendo et hmōi. in faciēdo diuinationes: incantatōes: ⁊ hmōi. in scribēdo instrumēta i fraudem vsurarum. Tercius est lucrando tpe ꝓhibito. vt diebus festiuis vendendo ⁊ emēdo sine necessitate scribēdo l alia opera ob lucrū faciēdo.

Quartus est negociari in locis ꝓhibitis. vt in ecclesijs vendendo v̄l emēdo. v̄l etiam mittendo ad terras sarracenosū: vel portādo arma v̄l lignamina vel victualia: et q̄ cunqz mercimonia sine licentia pape: tenetur illud qd lucratus est et tātūdem de suo mittere in subsidiū terre sancte. Quintus est ex intēdō mere cupiditatis vacare negociationi. vel intēdō itro: ducendi caristā. hi omnes debent acquisita paupibz erogare: magis tamen ex honestate et consilio q̄ ex necessitate. xiiij. q. i. c. qui habet. et de his in scda parte summe. ti. i. c. xxij. Danus detractoria. psal. Erne sez deus d manu canis. id ē detractoris animaz meā. id est vitā. Proverbiorū. viij. Dors ⁊ vita

in manibus detractorie lin-
gue. Et hec habet quinq; di-
gitos. Primus est cū quis
scienter accusat aliquē de fal-
so: et conuict⁹ de crimine cō-
demnatur. talis ei tenetur sa-
tisfacere. non quidem detegē-
do falsitatem postq̄ est puni-
tus reus: quia sibi imminet
periculū persone. et illi iā pu-
nito non satisfaceret. sed alie
ad arbitriū boni viri an̄ satis-
facere dicit q̄ puniatur. debetq;
detegere falsitatem: vt desi-
stere ab accusatōe. Secū-
dus est quando extra iudici-
um infamat aliquē de crimi-
ne sciens non esse verum. vel
nesciens si est verum. et tenet
illis quib; dixit declarare se
falsuz dixisse. nisi sibi ex hoc
immineret magnū periculū
vite. et huiusmodi. nam tūc
aliter prout potest debz satis-
facere. vt cum libellos famo-
sos sup crimine d̄ eo compo-
nit. vel cantilenas. quod pei⁹
est. Tercius quādo ad ali-
quod crimen cōmissum vere
ab alio auget aliquid aliud
notabile. quod est falsum. vt
cum dicit se vel aliu; turpia
colloquia vel gestus habuif
se cum aliqua. sed etiam car-
nalem copulā. vel etiam cum

ali; dicunt de eo turpitudi-
nem cum aliqua agere tacet
studiose. vel aliqua signa fa-
cit vt credant veruz eē qd̄ nō
est. et talis tenet ad declaran-
dum falsum esse. Quart⁹
est cum dicit aliq̄s crimen al-
teri⁹ referens se audiuifse qd̄
occultum est. et ignoratur si
est verum. et talis quomodo
satisfacere debeat: habes in
caplo seq̄nti. §. iij. Quit⁹
est cum dicit crimen alterius
vere p̄peratū: sed occultuz.
et talis debet etiā famaz resti-
tuere prout potest. vel etiam
cum dicit contumeliā in prē-
sentia aliorū: et talis debz pe-
tere veniā. vel aliter se cū eis
reconciliare. Manus p̄so-
ne lesoria. Dicitur. vij. Vir
fratrē suum venatur ad mor-
tem. malum manū suarum
dicunt bonum. Et hec habet
quinq; digitos. Pri-
mus est auferendo vitam oc-
cidendo alium iniuste. id ē ex-
tra iudiciū ordinariū. et ta-
lis tenetur pur dicitur in ca-
sequenti. §. i. de damno inde
securo. Secundus est mu-
tilando membrū iniuriose. et
tenetur de expensa in medi-
cis et de lucro perditō: si ex
mutilatōne nō pōt laborare

De restitutiōe Liber tercius

Terci^o est vulnerādo v^l per
cutiēdo ⁊ sic tollēdo sospita/
tem. et tenet ad dāna indese/
cuta ei. Quart^o incarcerā
do. et sic tollēdo ei libertatez
q^o faciēdo absq^{ue} rōnabili cā
tenet de dāno q^o inde seq^ut.
secus si facit q^o est ei debitor
vt sibi citi^o soluat. Quint^o
cū mittit in exiliū v^l cōfinia
iniuste. et p^{ro} hoc aufert ei pa/
triā. et omne dānū q^o indere
cipit. q^o cōiter est m^{ul}tū ⁊ te/
net ei satisfacere. Vanus
animaz predatoria. ⁊ d^{icitur} hac
Sap. i. Impij manib^{us} ⁊ ver/
bis mortē accersūt. Et ha/
bet quinq^{ue} digitos seu mo/
dos. Prim^o ē q^u volētes ī
gredi religiōem ad seruiēdū
deo aliq^uis ruocat. l. iā īgressū
persuadēdo educit. tenet hic
illū reducere q^uantum in eo est
v^l se v^l aliū ponere in religi/
one. fm. De. de pal. Scd^os
q^u q^u persuadet alicui aliq^uo
crimiale blandiēdo vt deci/
piat. ⁊ m^{ul}to magis q^u q^u au/
fert alicui virginitatez extra
matrimoniu^m. ⁊ debz eam du/
cere in vxorē. v^l eaz dotare si
p^{oss}it. de h^{er} infra. Terci^o ē q^u
q^u suo f^{ide}ione trahit ad erro/
rem fidei. vt faciunt heretici
disseminātes falsā doctrinaz

⁊ hi tenet reuocare. Quar/
tus est cū plati v^l patressami/
lias ex sua negligentia pmit/
tūt suū gregē perire. nō corri/
gentes ⁊ admonētes. ⁊ m^{ul}to
plus cū suis mal^{is} exēplis eos
ad mala puocant. tenent eniz
eos corrigere. ij. q. i. c. scelus.

Quitus cū homines suis
p^{ro}auis actib^{us} alios scandali/
zāt. vt m^{ul}ieres suis ornatis
⁊ alijs tripudijs ac ludiz ri/
xis ac blasphemijs. ⁊ hi de/
bet satisfacere p^{ro}nia et bonis
actib^{us} edificādo q^uo pus scan/
dalizauerāt.

Capitulū scd^om de restitu/
tōibus. in q^o o^{mn}idit q^uo quan/
tum et quib^{us} sit restituendus
⁊ quo ordine.

Irca au

c
tem ipam restitutiō
nem sūt octo vidē
da q^u in hoc vsu continentur.
Quis: quid: vbi: per q^uo. cui:
cur: quō: q^uo. Et q^u de primo
dictū est supra. ca. i. §. ij. et se.
ideo primo omisso videnduz
est de alijs. Quātuz igitur
ad secundū. s. quid sit restitu/
endū et q^uantum. Sciendū q^u ab/
latum si potest. xiiij. q. vi. ca.
si res. ⁊ si est aliquid fructifi/
cans etiam fructus eius. vel

aliter satisfaciendū qñ id re-
stitui nō potest. S3 p bmdī
declaratōe sciendū q̄ damnū
potest quadrupliciter īferri.
Primo quo ad animā auser-
rēdo ei virtutes infusās z mo-
rales. Secūdo quo ad corp⁹
inferēdo ei lesiōes corpales.
Tercio quo ad honorē z fa-
mam per vituparōes v̄bales
Quarto quo ad substantiaz
pactōes criminales Quā-
tum ad primū notandum est
q̄ q̄uis nemo possit esse cau-
sa sufficiens peccati alteri? .n^c
p̄ consequēs ei auferre v̄tutes
directe z efficaciter. qz volū-
tas cogi nō potest vbi p̄sistit
peccatū .pp̄ter qd̄ dicit Am-
bro. Non est q̄ cuiq̄ nostras
ascribamus erumnas .nemo
enim tenet ad culpam nisi p̄-
p̄ria volūrate deflexerit. xv.
q. i. c. non est. Potest tamē ali-
quis esse alteri occasio ma-
gna peccati. Et decretal̄ di-
cit. Qui occasione dāni dat
damnū quoq̄ dedisse videt̄.
c. si culpa. extra de iur̄. z dā-
da. Potest autē aliq̄s esse occa-
sio damni alteri? q̄drupliciter.
Primo verbo suo inducēdo
aliū ad peccatum. et sic q̄ in-
ducit aliū ad malū suadendo
consulendo: p̄cipiendo id qd̄

est mortale: est occasio p̄ditō-
nis illius .quia p̄ hoc auferū-
tur illi gratia et v̄tutes ab a-
nima. Unde Aug⁹. Si fra-
tri tuo male p̄suades: occidit
scz illū quo ad animā. de pe-
di. i. c. noli. Et talis damnifi-
cans s̄m̄ Sco. in. iij. tenetur
restituere dānum modo sibi
possibili. s. inducendo eū effi-
caciter ad penitentiā z ad v̄-
tutes siue actus virtuosos.
Et si sola inductio p̄ v̄ba nō
sufficit: qz facili⁹ est p̄uerrere
q̄ p̄uerrere tenet q̄tum p̄t p̄-
orōes suas et ab alijs p̄cura-
tas. et p̄ alioz suasiōes effica-
ces. dum tamē illis non p̄dat
p̄ctm̄ occultū p̄dicti Quā-
tū ad secundū. s. reuocādo ali-
quem a meliori. p̄posito sit
damnū alteri cū reuocat eū
a religione in qua p̄fecti⁹ vi-
uunt q̄ in seculo. z talis dā-
nificans tenetur ip̄m reuoca-
tū ab eo reducere ad ingressū
vel reuersionem ad religiōes.
Nam s̄m̄ Petrū d̄ pal. i. iij.
Non solū ille q̄ inducit p̄fes-
sum ad egressū religionis te-
netur ad inducendū ip̄m ad
ingressum religionis vel ad
reuertendum. sed etiam qui
retrahit illum qui volebat ī-
gredi: nec tñ ītrauerat tenet̄

De restitutōe Liber tercius

inducere ad ingrediendum. q̄ si ille nollet intrare teneſ alium eque idoneū pcurare. q̄d si nō possit. teneſ ip̄e intrare. **De** intelligēs Ray. ordinis p̄dicatorū q̄ auerterat quemdam ab ingressu religionis. postea p̄ eo intravit. Rō est q̄ abſtulit domino serū suum nouiciū vel intraturum. hec Petr^o. Sed Scotus dicit hoc esse verū de obligato ad religionē obligatōe professionis. non autē de eo qui erat dispositus ad intrandū necdum intrau erat. Rātō ad uerſitatis est. quia interest inter habere et p̄pe esse habere. Unde non teneſ ad tantā restitutōnem religioni ad quā tam teneſ si fuisset in religionē. sed teneſ ad aliquālē restitutōnem. scz aliquālē inductōem illi^o vel alteri^o equiualentis ad ingressuz religionis. **Nec** Sco. Idem videt dicendū de eo qui auerit nouiciū religionē iam ingressū animo p̄manendi sicut de p̄fesso. nam talis obligat̄ religioni saltē in genere. et hoc intelligendū est si retraxerit illum intentōe damnificādi religionem. tūc enī teneſ religioni. Si autē hoc fecit intenti

one cōsulendi p̄prie utilitati sine fraude nō teneſ religiōi quo ad eum qui nōdū intravit. sed ip̄i p̄sone quam retraxit p̄suasionibz et alijs bonis sp̄ialibus ad equivalentiā eorū in quibz damnificauit. Si autē quis auerteret aliquem a religiōis ingressu nō simpliciter sed ab ea ubi dissolute uiuitur intendēs p̄uidere salutē illi^o a nullo teneſ. ar. xxij. q. v. d. occidē. Et ex his patet s̄m Jo. de rip. i. quodā tractatu de p̄tractibz q̄d dicendū sit de his q̄ scholares retrahūt et subtrahunt doctoribus cū q̄bus audiūt. q̄ aut hoc faciūt in odiū doctorū: vel volentes sibi p̄uidere. vel alijs p̄uidere. v̄l volētes scholaribz p̄uidere. Si primo modo. aut subtrahit scholarē q̄ iā intrabat scholas. et tunc teneſ doctori ad restitutōnem salarij et honorū sibi subtrahit. Si etiam doctor cui talis s̄trahit sit melior q̄ ille cui eū pcurat teneſ tur tali p̄ quanto utilitatem sciētie sibi subtrahit. Si autē nondum scholas intrauit s̄ intrare disponebat: non tū teneſ. licet obliget scholarē inducere vt redcat ad p̄mū

Si autē hoc facit volendo si
 bi puidere. puta est doctor ⁊
 vult sibi de scholis puidere
 si sine fraude fecit. ⁊ schola
 ris nōdum se dederit alicui
 doctori. non credo eū in aliq̄
 obligari. cum cuilibet sit lici
 tū mō licito ⁊ debito cura/
 re vtilitatē suā. aliter nō cre/
 do sibi licere. Si autē hoc fa
 cit volens alij puidere sic q̄n
 scholaris alicuius doctoris
 subtrahere conaret scholarē
 alijs dōctoribz vt intrēt cum
 doctore suo. in hoc soluz bo
 nozem et vtilitatē sui docto/
 ris intendens si subtrahat i/
 trantē cū alio doctore: credo
 ipm obligari. nisi forte illius
 doctoris cui subtrahit eum
 insufficientia et scholaris aliq̄
 specialis cura q̄ sibi tenet ex
 cuset. Si autē retrahat i/
 tra re volentem cum ex hoc nul
 lum ius doctoris sit acq̄sitū.
 et hoc facit sine fraude: nō cre
 do eum doctori in aliquo ob
 ligari. Obligat autē scholari
 si eū retrahat ne audiat meli
 orem. Si autē hoc facit vti
 litati scholaris volens cōsu
 lere. ⁊ sup hoc a scholare req̄
 situs cōsultit q̄ audiat alium
 doctorem meliorem bene facit.
 Et dicta in his casibz sunt ce

teris paribz intelligenda. iste
 enim casus est ita varijs mo
 dis circūferēntialis q̄ vix p̄
 dari certa regula. Nec ille.

Quantū ad terciū. s. dānni
 ficando alios suo malo exem
 plo. sicut scādalizant prelati
 subditos suos pompis et la/
 scijs: et alijs malis moribz
 suis. Mulieres suis supflu/
 is ornatibz: et fucis: ⁊ tripu
 dijs. et alij manifeste peccan
 tes. ⁊ p̄cipue q̄n hoc intēdūt
 vel p̄tēnūt seu p̄pendunt
 scandalū alioz. p̄pter qd alij
 ruunt in diuersa vicia. de q̄/
 bus in euangelio. Ne mūdo
 a scādalis rē. tales tenentur
 ad satisfaciendū bonis exem
 plis manifestis. non autē te
 nētur ob hoc ad aliquā pub
 licā penitentiam. vt dicit A/
 bertus. sed ad edificādū ali/
 os bonis exemplis manife/
 stis: sicut scandalizauerūt p̄
 mala manifesta. Quancuz
 ad quartū scilicet de seducen
 te virginem: et corrupente
 extra matrimoniū: dicit Ex
 odi. xxij. Qui seducit vginē
 et dormit cū ea: dorabit eaz.
 ⁊ habebit eam vxorem. aut
 reddet ei iuxta modum do
 tis quam virgines solent ac
 cipere. Damificauit enim

De restitutōe Liber tercius

talis illā in castitate v̄ginali
querēdo ei thesaurū irrecu/
pabilem. vnde tenet ei saltez
ad restōem castitatis coniugalīs
accipiēdo eā in v̄rozē v̄l do/
tando. Et si q̄dem pmisisset
eam ducere in v̄rozē tenet ad
hoc etiā rōe pmisissōis. nisi ef/
set nimis d̄iſparis p̄ditōnis.
Unde fraus potuit dephēdi
z tūc satisfaciāt ad arbitriūz
boni viri. z idē fortī q̄n vio/
lentauit eā. Quāuis autē p̄ce
ptū legis moſayce allegatur
sit iudiciale. z inq̄ntū hoc nō
obliget. tū inq̄ntū sumptū est
p̄ statuto ab ecclia v̄l aliq̄ ci/
uitate obligat. sicut pars et/
tra de iniur. et dam. dā. c. i. z
c. seq̄nti. De sc̄da dānifica/
tōe. q̄. s. sit corpi p̄ lesiōez ad/
uertenduz ē q̄ q̄rtuor modis
p̄tingit. s. p̄ occisiōez. p̄ muti/
latiōez. p̄ pcussiōez. p̄ incarce/
ratōez. Si ergo fiat damnū
p̄mo mō. s̄m Sco. p̄t satisfi/
facere sustinēdo penā taliōis
a iudice. nō autē a se. nec etiāz
tenet iudici se offerre. sed ca/
ptū nō licet se defendere aut
carcerē infringere. sed inuen/
ta oportunitate licz fugere s̄m
Tho. z Den. et condemnat^o
debz pariēter mortem ferre.
Est et ali^o modus s̄m Sco.

*Supra primo
p̄ p̄p̄o
mud*

sibi vtilis ad satisfaciendum
q̄uis ad hoc nō teneat neces/
sario. s. vt exponat vitā suam
in causa iusti belli. vt contra
inimicos fidei z ecclie p̄ resti/
tutōne seu satisfactōe fienda
illi cuius vitā abstulit. Sz si
nec hoc vult facere tenet ad
satisfactōnem sp̄ualem p̄ aīa
occisi. vt ad faciendū elemo/
synas p̄ eo. v̄l ad sumendam
aliq̄m pegrinatōem ad limia
ap̄tozum v̄l sancti Jacobi z
hmōi p̄ aīa ei^o z p̄curādo ali/
ozū ozdes inq̄ntū p̄t. nec hoc
sufficit. Sed si interfect^o ha/
buisset aliquos. vt patrē. mā/
trē. filios: et hmōi. quos opē
ribz manuū suaz sustēcabat.
tenet interfectoz oībus illis
ad tantū quantū illis abstu/
lit subsidiū p̄ occasiōē eius.
Insup occisor tenet placare
lesos quantū p̄t. Dec Sco.
Quantū ad sc̄dm. s. de muti/
latōe dicit idem Scotus q̄
pro huiusmodi non est statu/
ta aliqua pena in ecclia nisi
si pecuniaria. et ista debet re/
spondere nō solū damno qd
quis intulit p̄ mutilationez
pro toto tēpe quo vsus esset
quis mēbro ab sc̄so. sed etiāz
expēsis appositis in curatōe.
vt b̄ extra d̄ iur. z dā. dā. c. i.

Et ultra h tenet ad placatōz
lesi q̄tū in ipō est. et p̄solatō/
nem ip̄i^o afflicti q̄ afflictiō p/
petua ē. Plus etiā ponderā
da ē mutilatio paup̄is q̄ di
uitis. si magis egebat pte ab
scisa ad victū necessariū. pu
ta si absca esset man^o dexte
ra scriptori. q̄ de illa arte vi
uebat: tūc enī magis tenetur
Quantū ad terciū vidz deuz
optime imposuisse satisfacti
onē. s. in lesione vel p̄cussione
v̄l vulneratōe corpali. Et o.
xxi. vbi dicit. Si rixati fue
rint viri 7 p̄cusserit alter pri
mū suū lapide vel pugno. 7 il
le mortu^o nō fuerit s̄z iacue
rit in lecto. si surrexerit 7 am
bulauerit sup baculū suū. in
nocens erit q̄ p̄cusserit. scz a
mortis pena sustinēda. ita tū
q̄ opas qual interim. s. negle
perit impeditus p̄cussura. et
impēsas in medicos restitu
at. cui pene addēda est recon
ciliatio q̄tū in eo est. Quan
tū ad satisfactiōem de q̄ta le
sione. s. incarcerationē vel detē
tione sciendū q̄ ultra recōci
liatōem et veniā petitiā lesio
fiet satisfactio iniurie put sa
piens determiabit. 7 si lesus
plus velle erigere q̄ debet
ad illud pl^o nō tenet ledēs vt

illū recōciliet. Dec Scotus
Sed btūs Tho. i sūma et i
iij. dicit. q̄ in oib^o dānis vbi
nec i se nec in equalēti pōt si
ri restitutio. vt in mutilatōne
mēbz 7 b̄mōi. satisfactio fiet
p̄ recōpensatōez ad arbitriū
boni viri. Idē Huil. et qz ta
le exiliū reputat vt qdā car
cer in iure. iō q̄ m̄st̄it aliqm
in exiliū: vel ad p̄finitū qd̄ est
exiliū ad tps iniuste. tā ip̄e q̄z
offes b̄mōi dantes auxiliū
aut p̄siliū efficac ad hoc: tenē
tur exulāti de oī dāno idē se
cuto et h̄ ad satisfactōez. ar.
extra de homi. c. sicut dignū.
7. xi. q. iij. c. q̄ cōsentit. De
tercia dānificatōe. s. in fama
7 honore Sciendū q̄ q̄tuor
modis p̄t p̄tingere. s. p̄ p̄tue
lie illatōem p̄ detractionem.
p̄ detractionis ab alijs facte
recitatōem. p̄ veritatis nega
tionē cū quis accusatur iuste
Quantū ad primuz dicit q̄s
p̄tumeliari alteri seu cōtume
liā in ferre cū priuatim ei vel
corā alijs in faciē dicit cōtu
meliā importārē notabilē de
fectū culpe vocādo euz latro
nē. lenonē. p̄ditorē: adulterū
7 b̄mōi. vel cū dicit s̄ba exp
mentia defectū nature. vt cū
dicit intēdēs inde iniuriari.

*Trattato di
Suggerenza
in fama et
honore
di
Giovanni
di*

Handwritten note at the bottom of the page.

De restitutōe Liber tercius

vt vocādo eū strabonē vl' il/
legitimū z hmōi .qđ ppe di/
cīf' quicū. Qñ igit' qđ h' facit
animo iniuriādi vltra offen/
sam mortalem tenet satisfacc
re p'imo leſo: et ipm placā/
re q̄tum p' perēdo veniā vl'
alio mō .z h' in puato vl' pub
lico fm q' ipē puatim vl' pub
lice iniuriā intulit seu ptume
liā. nam si in publico ptume
liam intulit: z h' ptumeliatus
requirit vt in publico veniam
petat tenet ad hoc. Et si i ip
sa ptumeliā aliqđ criminale
falso expōsit tenet corā illis q'
h' audierūt expmēre se falsuz
dixisse. Aug. Ubi peccatum
ortū fuerit ibi moriat. ij. q. i.
c. si peccauerit. vey si platus
subdito. p' filio: vir vrozī.
magister discipulo. dñs ser/
uo dicit p'ba ptumeliosa faci
ens hoc ex correctōne nō te
net petere veniam a tali. fm
Aug. i reglā dicēte d' platis
Si ipi mō dūz vos excessis/
se sentitis: nō a vob' erigitur
vt a nobis subdit' veniā po
stuletis zc. Sz si h' facerz ml'
sū iniuriose z liuore vindicte
tūc teneretur plar' a subdito
petere veniā: z recōciliare le
sū fm Ray. Uey si ptumeliā
recipiēs in verbis. post cōru

meliā si domesticē puerſatur
cū ptumeliāte et familiariter
videt oñdere sibi remissaz in
iuriā z recōciliatū fore. et ple
q̄nter non teneri als ad petē
dū veniā fm Durāñ. i. sum.

Quantū ad scōm dāñū. s.
p' detractōez: hoc p'igit fieri
pncipalit' duob' modis. Pri
mo mō imponēdo alicui fal
sum crimē p'bo: cātilena: vel
famoso libello. z tal' tenet illis
corā quib' detraxit declara
re se falsum dixisse. q̄tūēqz
ei exide expurgat erubescētia
z p'fusio. nisi ex h' imineret ei
magnū piculū vite: vl' aliqđ
magnū incōueniēs seqretur.
z si nouerit q' is cui' famam
abstulit sciuerit detractozes
ipm tenet detrahēs pponere
cū infamato p' euz de iniuria
sibi facta. et veniā postulare
in ppria psona si audet. vel p'
aliū si p' se apte non p' . Sz si
ignorat diffamatus detrahē
tē recōciliet ei tacito noie suo.
Secdo mō p'ingit fieri de/
tractio dicendo aliqđ crimia
le de alio. sed p' pperatū oc
cultum tñ. sed p'ra debitum
ordinē infamie dictū. talis re
netur famā restituere ifama/
to q̄tū potest. sine mendacio
tñ: vt. s. nō dicat mēdacōse se

Stram fr. Amuly med. J.

illū infamasse. s; dicat se male
dixisse et iniuste diffamasse. vñ
alio p̄gruo mō vt nō credatis
ip̄m esse talē: male dixi et stul/
telocutus sum et hmōi. Ad/
dit Hosti. et dicit h̄ seruādū
nisi ex tali publica recogniti/
one ille infamat? ampli? ifa/
maref. Et Buil. hoc etiaz ad/
dit. nō tenet qñ piculū sibi i/
minerz ex potētia aduersarij.
Videf insup et hoc seruādū.
qñ crimē qd̄ pus erat occult/
tū post denunciatōez factū ē
manifestū p̄ aliū moduz q̄ p̄
vba illi? nō tenet ad hmōi re/
stitutōez. Qñ etiā nō p̄t quis/
famā restituere fm̄ Tho. i sū/
ma. debet p̄ aliū modū recō/
pensare damnū illō. Verum
si q̄s crimen alicui occultuz
reuelat non ex odio vñ ex loq̄/
citate: sed ex charitate vñ iu/
sticia: vel ex necessitate. p̄ta/
dicit ecclie fm̄ ordinē fratne
correctōis. vel accusat euz co/
ram iudice vñ p̄fessore: cū nō
possit aliter peccatū suuz sus/
ficiēter declarare. vel etiaz vt
p̄fessor ore admoneat illum.
Vel plato vt melius sibi pro/
uideat et gregi suo. tal nō te/
net ad fame restitutōez fm̄
Pe. Ray. et Alb. Quantū ad
terciū damnū. s; recipiēdo de

tractōnes auditas corā alijs
nō ex se asserēdo: nec tāq̄ cer/
tū dicēdo: sed q̄ audiuit tale
vel tale crimē d̄ aliq̄ qd̄ nesci/
tur ab auditorib; Dic̄ Sco.
i. iij. q̄ tal̄ icautē sic loq̄ns d̄
alio falsū crimē: dicēdo. forte
ille fecit h̄. certe p̄t esse q̄ fece/
rit. aut dicēdo ego audiui q̄
ille h̄ fecit: nisi oñderz aliqm̄
certitudinē maiorē q̄ ex rela/
tōe cōi nō aufert ex nafa acr?
illi famā in opiniōe audiētū
quia si illi firmit̄ p̄cipiunt: et
credūt illū de q̄ est sermo cri/
minosum leues sunt. qz q̄ ci/
to credit leuis est corde. Eccl̄
ix. Uex qz a scandalo pusil/
loz cauere oportet: iuxta illud
Barth. xvij. Qui scandali/
zauerit vnū de pusill̄ ist; q̄ in/
me credūt: expedit ei vt suspē/
dat mola azinaria i collo ei?
et demergat in pfunduz. Et
qz mlti sunt tales pusilli et le/
ues. iō piculosū ē corā eis ta/
lia audita referre. et si h̄ fiat i/
rentiōe mala. s. ledēdi famam
ei? n̄ facile p̄t excusari a mor/
tali. Si aut̄ fiat corā pusill̄is
et leuib; ex incōsideratōe. du/
ruz est dicere q̄ sit mortale. et
dicūt aliq̄ q̄ si q̄s ex tlī relatō/
ne alicui? notā icurriss; infamē
tenet famā restituere co

De restitutōe Liber tercius

